



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XXIII. De profectioe ipsius cum tremore Iulinam, & quomodo illic
vapulauerint omnes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

derat, ipsique famuli dolore ac tædio affecti iam abire, illaque dimittere vellent. soluta illa, repente corruit, fontemque animam in ignem Tartareum efflauit: quam leuantes in vehiculum: En, inquit, qualem de agro manipulum die Dominico reportamus.

Quod factum vbi, perferente fama, passim vulgatum est; (nam famuli statim ad Ecclesiam currentes, baptismum postulant, stupidi, quæ viderant, referentes) & credentibus quidem fides aucta est ex miraculo; non credentes autem, & si qui adhuc blasphemari remanserant, ad credendum, ex pœna multatæ mulieris, eruditi sunt: Dies autem Dominicus & alia solennitates reuerentius obseruari cœperunt, nos quoque ipsos, & omnem doctrinam nostram, præcipuè autem Episcopum, amplius reueriti sunt.

Profectus ex miraculo.

*De profectioe ipsius cum tremore Julinam,
& quomodo illic vapulauerint.*

C A P V T X X I I I.



Xpletis autem illic fermè quinquaginta diebus, acceptis à Duce legatis & conductoribus, de ipso loco ciuibus, Domizlao videlicet & filio eius, viris honoratis, per lacus ac refusiones marinas Julinam veci sumus nauigio. Est autem ciuitas hæc magna & fortis, hominesque illius loci crudeles erant & barbari. Cum autem propinquassemus ciuitati, conductores nostri hæere, pauere, atque inter se musitare cœperunt; quod intelligens Episcopus: quid est, inquit, quod ad inuicem confertis? At illi; Timemus, inquit, Pater, tibi ac tuis. Populus iste durus semper ac indomitus fuit. Si ergò placet tibi, applicemus, & moram in litore vsque ad crepusculum noctis faciamus, ne fortè, ciuitatem manifestò ingrediendo tumultum populi super nos suscitemus. In singulis autem ciuitatibus Dux palatium habebat & curiam cum ædibus, ad quam si quis confugisset, lex talis erat, vt quolibet hoste persequente, securus ibi

S. Otho Julinam proficiscitur. Trepidant duces.

Immunitas in palatio Ducis.

con-

confisteret & illafus. Dixerunt ergò; fi per noctem ad Ducis
 tecta intramus, freti fecuritate, paulatim ciues conueniendo,
 negotium que noftrum illis pedetentim infinuando, melius
 fortaffe proficiemus.

Placuit confilium: & cum dies abfeceffet tecti vmbra no-
 ctis, curtum & mœnia Ducis inuafimus, illis ignorantibus. In
 crâffinum verò vbi nos viderunt, & quinam efferimus & ynde,
 & quare venerimus, maligni homines scrutati funt: primò
 quidem moueri, ac fenfim turbari, currere ac difcurrere, vide-
 re nos iterum que videre, & alii aliis nuntiare. Poftremò verò
 infano furore correpti, magno tumultu fecuribus & gladiis,
 aliisque telis armati, fine vlla reuerentia in ipfam Ducis cur-
 tem irrupentes, mortem nobis fine vlla retractatione, nifi
 quantotius de Curti & de ipfa ciuitate fugeremus, commina-
 bantur.

Erat autem in ipfa Curti ædificium quoddam fortiffimū,
 trabibus & tabulis ingentibus compactum, quod *stuba*, vel
 pyræle vocant, in quod ferinia & elitellas & Capellam Epifcopi,
 & pecuniam, & quæque preciofa de naui portaueramus, quin
 & propter impetum furentis populi cum Epifcopo Clerici o-
 mnes illuc confugerant. Ego autem eo tempore magna febrè
 tenebar in alia domo iacens & ægrotans; vltra vires tamen,
 audito frepitu & clamore bacchantium, de frato erectus, ad
 oſtium domus conftiti: & ecce, omnia plena hominum tela &
 arma portantium. Vociferabantur autem & clamabant, exi-
 te nos compellentes. Sed moram nobis facientibus, quaſi à
 furore illi efferantur; magis eorum exarfit infania, factò
 que impetu; * *stuba* aggrediuntur & difſipant; tectoq; pri-
 mū, dein parietibus, difſectis & exciſis.

Tunc verò Epifcopus ad coronam Paſſionis fe inuitari
 ſperans, nobis aliis trepidantibus, quibusdam etiam præ pa-
 uore lacrymantibus, ille ſpiritu iucundo & hilari vultu ſtabat
 intrepidus, oprans & glifcens, vt vel vnum icum aut vulnus in
 nomine Ieſu accipere dignus habeatur. Paulcius verò & Le-
 gati, videntes, quia verè infaniunt omnes; & quia illic moram
 facere deterius eſt, in medium populi exilientes, validiffimo

k 2 clamo-

*Inſinſum in
 S. Oſonem &
 comites impe-
 1160*

Febrè Seſſidè.

Furor populi.

** Stuba, vox
 Germanicæ.*

*Legatorum ad
furentem po-
pulum oratio.*

*Responso Iuli-
anensium.*

clamore, ac si & ipsi furerent, extensis manibus silentium fieri postulabant, quibus ad modicum sedatis, illi continuo prosecuti, quid hoc est, inquit? & causam totam in semet ipsos transferentes; si nos, aiunt, hic in Curia Domini nostri Ducis pacifice consistere non finitis, saltem pacifice hinc exire permittite. quid furitis in nos? quem læsimus ex vobis? At illi; Pastorem, inquit, illum Episcopum & cæteros cum eo Christianos, Deos nostros blasphemantes, interficere venimus: sed si eos seruare vultis, ecce damus locum, citò eos extra ciuitatem deducite; plateæ autem ciuitatis palustres erant & lutosa & pontes exstructi, & tabulæ vndiq; positæ propter lutum. Arripiens ergò Paulitius per manum trahere cepit Episcopum, & deducere, adhortans modestè, vt, si posset, properantius iret.

*Virtus Pauli-
tj.*

Vt autem per mediam Urbem nos omnes non imperturbatis passibus extra curiam vsque ad pontes deuenimus; ecce quidam de turba vir barbarus & fortis, libratâ, quam gestabat, ingenti phalanga, vasto ictu caput ferire nisus est, transeuntis Episcopi: sed ille auertens caput, humero ictum suscepit, eodemque geminante, cominus, & alio eminus in eum iacente contum, inter manus Paulitij & Hiltani sacerdotis ducentium illum à ponte in lutum prosternitur Otto noster. Paulitius verò & animo & corpore ibi se virum exhibens, iacentem Episcopum, nec propter imminetia tela deseruit, sed propriij corporis obiectu crebras percussiones excipiens, inque cœnum à ponte inguine tenus descendens, subleuabat de luto prostratum: similiter & alij Sacerdotes Clerici, dum protegunt illum, & iacenti manus porrigunt, fustibus & contis iuxta suam Pontificem in nomine IESU vapulauerunt. Tandem multo discrimine ponte arrepto, rursus ire & abire cœpimus extra ciuitatem; illique à prudentioribus ciuitatis sedati cessauerunt à nobis, abeuntes ergò trans lacum, disiecto ponte à tergo nostro, nè iterum impetum super nos facerent, in campo inter areas & loca horreorum decumbendo respirauimus, viden-

ccc

res & dinumerantes socios; & quia nullus defuit, Deum benedicentes.

Timo. Hic primùm, hic audio quoddam veri Apostolus indicium, plagas videlicet & liuores, sicut scriptum est: *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine IESV contumeliam pati.* Sed dic, obsecro, mi Apostole, num. in aliquo particeps fuisti huius Apostolicæ benedictionis?

Sefridus: Memiserum, infirmitate mea conspectâ, talibus bonis me indignum ipsi iudicauere pagani. Pudu itamen, vt verum fatear, aliis de suis portionibus postea satis iucundè gloriabantibus, me nihil ibi accepisse.

Timo. Confolare, inquit; si quid minus, circa te in illo capitulo actum est, in nostro poterit impleri. Sed perge ad cætera, & qualiter in tam dura terra Euangelij radix tandem conualuerit, explicato.

Quomodo post vapulationem prudentiores de rebus fidei consilium habuerint cum Episcopo.

CAPVT XXIV.

Dostquam nos respirauimus, & illi desierant; Otto beatissimus; Pro dolor, inquit, bona spe cassati sumus. palma in manibus erat: vos eam (DEVS vobis ignoscat filij & fratres) extorsistis de manibus nostris. Vix omnes ictus illi vnus passioni sufficerent. Sed, dum omnes ad coronam profuistis, nec vnum peruenire dimisistis. Cui Paulitius; Satù, inquit, Domine, nobis visus es accepisse. Parum, inquit ille; quia votominus. Tua quoq; auaritia meam ex parte magna surripuit benedictionem. Hoc autem dixit de istibus, quos ille interceptit. Constat tamen Episcopum tribus plagis vapulasse.

Manimus ergò per dies quindecim trans stagnum, quod cingebat ciuitatem, expectantes, si fortè meliori animo fierent.

k 3 °